

etiam text. in cap. fin. ibi, poterit ad componendum interponere partes tuas, de transactionibus, ad idem etiam c. si placuit, c. sequis, c. fin. 90. dist. text. etiam in c. 1. & ibi gl. de mutui petit. & ubique glossa, & Doctores notant.

⁶ Remedium igitur dicti Concilii decreti provenit à mero judicis officio ob rectam gubernationem, & tranquillitatem, ad sedandas rixas, tumultum, & controversias & vitanda scandalum, quæ in similibus actionibus, & publicitatibus solent oriiri frequentius, dum contendunt inter se nonnullæ communites, honorabili loco stare solere, & in ejus quasi possessione esse, vel etiam sibi de jure digniorum sedem competere alicujus prærogativæ pretextu, singulis contendentibus, se esse in hac quasi possessione, armisque (ut saepius accidit) eam tuentibus, jus suum conservandi causa, conantibus propria autoritate, manuque violenta id se tueri, atque defendere, quod omnem illam appetit, & requirit compositionem, de qua in dicto Tridentino decreto, & d.l. aquissimum, & Doctores supra citati, & in terminis Joan. Faber. in §. aliam, n. 2. inf. de bono possesso. Hier. Campan. divers. jur. can. rub. 22. c. 13. n. 8. Gratian. discept. forens. cap. 298. sub n. 1. ubi optimè, pro illo instanti, five lis nondum in judicio accepta sit: vel super proprietate, vel super quasi possessione, vel quodlibet si jam in judicium deductum, cum utroque tempore hæc contingere soleant, ut ex Bald. in cap. licet causam, n. 35. ubi Barba. num. 102. de proba, & Bero. consilio 35. num. 2. lib. 3. Castrens. consilio 3. in causa, qua veritur, lib. 2. collige licet, & utroque hoc tempore posse interponi judicis officium, docuit expressè Lanfran. Orianus in rubrica de causa poss. & propriet. colum. 9. vers. 1. conclusio, Capi. in decisi. Neapolit. decisi. 6. n. 10. & sequentibus, Gramatic. consilio 64. in cibilibus, Menoch. de retin. poss. rem. ult. per totum. Gaf. Rodriguez de am. reddit. lib. 1. q. 17. n. 43.

⁸ Judex igitur Ecclesiasticus vim nullam facere, & committere poterit, si ab hac compositione interpositæ appellationi non detulerit, ex d. Tridentino decreto mortuus. Enim verò hæc compositio magis est actus extrajudicialis ex his doctrinis, quas deduximus in c. 1. & 2. supra, in 1. p. & demonstrat illa dictio controversias, quæ nascitur Concilium Tridentin. & §. fin. qua verificatur in extrajudicialibus, secundum Bald. & communiter homines in l. causas Cod. de transactio. Maranta de ordine judic. 5. p. num. 68. Paz in pract. 2. annot. de instantia, numero 5. probatur in cap. 1. ibi, concordia, vel judicio negotiorum utriusque terminis, &c. de mutui petitio. Ex quo patet concordiam; & compositionem non judicio, nec judicialiter procedendum esse, in qua judex Ordinarius ita se habere debet, ut arbitrator quidem, & amabilis compositor, qui extrajudicialiter & non servato juris ordine procedit, ut probat Baptista de sancto Blasio in tractatu de arbitriis, & arbitra qu. 2. & nota Anton. de Butrio, Innocent. Abb. & cateri in c. quinta vallis, de iure iur. & in l. societatem. §. arbitrorum, ff. pro socio, & in l. si demus. §. recepisse, ff. de arbitris, & quia in eo non requiritur libellus, nec est de necessitate offerendus, ut in judicis officio d. l. aquissimum, respondit Bald. consilio 35. 8. premitendum est ad evidenciam, l. 5. Marsilius in pract. cri. §. opportune, n. 70. Zuchardus in l. ultima, n. 133. C. de edito Divi Adria. & Neviz. cons. 80. n. 3. & 4. & cons. 81. n. 3. & ex aliis ita tenet Menoch. in d. rem. ultim. n. 27.

¹² Et quoniam nec in hac nostra judicis officii compositione requiritur judicialis informatio, sed interdum inter partes presentes, interdum absentes à judice ordinario facienda est, & absque partium citatione, cum peccatum sit in mora, ex his quæ adducit Zuchard, in d. l. fin. num. 130. & 133. & ex aliis tenet Menoch. ubi supra, n. 31. & faciunt ad propositum multa omnino vindenda per Baptist. in d. tractatu de arbitr. quæst. 27. cum

multis sequentibus, quem vide. Sed appellatio emissæ ab actibus extrajudicialibus, non suspendit actus executionem, ut suo loco diximus, ergo nec hæc.

Deinde quia compositio hæc non patitur dilatio-

14 nem, quoniam processio, umbellæ delatio, cadaverum mortuorum tumulatio, & sepultura, anniversarium, & similia, non sunt differenda, nec suspendenda, quoque à superiori de jure partium cognitum sit per applicationem, hæc namque celerem executionem requirunt, fin. ff. de app. recipi. l. 1. 2. & 3. ff. de furtis, & dilatio. & ex aliis iuribus vulgaribus, imò & etiam cum periculum est in mora, cum unusquisque pro suo jure, seu quasi possessione conservanda, & defendenda à jam di-
lato tumultu, scandalo, & controversia non cessabit, nec desistet in magnum Dei, divina religionis, & Reipublica dedecus, cum persæpe hæc soleant cum scandalo fieri, ex d. Concilii Trident. decreto, & experientia do-
cet, ut quotidie videmus: quibus casibus appellatio non suspendit effectum, & executionem aëtus, à quo emit-
tatur. Et confirmatur declaratione Cardin. super Con-
cili. Trid. decreto, verbo componant, ibi, Brevi manu,
summarie, ac de plano, sine strepitu, & figura judicij
expedit, &c. circa quarum claustralum naturam vide
(ut ceteros taceam) allegatos, Maran. de ord. jud. 4. p. 9.
dist. princ. per totum, f. 186. cum sequentibus, & relatis
verbis dictæ declarationis Card. notat. Campanill. di-
vers. jur. rubr. 12. c. 13. n. 120.

Deinde; quia hæc diffinitio, & compositio non est¹⁷ diffinitiva sententia, sed interlocutoria mere, quia aliam sententiam spectat post se in plenario judicio, in possestorio, vel peccatorio, nec affer secum damnum irreparabile, nec negotiorum definit, sed solum preparatorium quoddam est ad dictum judicium principale, cui nullum prejudicium præstat, ex his, quæ dicit Men. in dicto remedio, n. 3. & 46. & quia hæc compositio sine solemnitate fertur, ex quo cognoscitur interlocutoriam esse, ut tener Craveta in consilio 181. & consilio 273. col. 4. quem sequitur Menoch. ibi, num. 47. & in expresso circa officium judicis, nempe; proveniens ex remedio d. l. aquissimum, cui istud assimilatur, esse interlocutoriam, tenet Paul. Castrens. in consilio 3. l. 2. vers. pronuntiatio antem, Fel. in rubr. de treuga, & pace. in fin. Riminald. in l. si super poss. C. de transactio. Be-
roius, consil. 45. col. 1. vers. 2. de jure l. 1. Anton. Capic. decisione 55. ad fin. Zuch. in l. ultima, n. 133. C. de edito D. Adri. Nata cons. 121. n. 9. l. 1. Craveta consil. 140. num. 4. Cov. in pract. q. cap. 17. n. 2. Petrus Benitehd. conclus. 70. n. 3. & 7. Joseph. Ludov. dec. 20. n. 8. & alibi passim.

Nonnulla tamen præ oculis ordinarius habere debet, ut animum suum movere, rectumque reddere pos-
sit, & in primis curatur, ut sive Religiones, sive con-
fraternitates in processionibus, ceteraque actibus con-
junctum locum servent, cum hæc, quæ sunt in hono-
riis, potissimum locum obtineat consuetudo, utique
attendenda, ita nota Bald. in cap. causam, n. 6. de pro-
batio. idem Bald. in cap. cum olim, de consuetudine, Ro-
ta dec. 4. in fin. de electione, in novis, Menoch. consilio 126. num. 3. l. 3. Navarr. consil. 2. de majoritat. & obedien-
tia. Purpura. in l. n. 200. ff. de officio ejus. post And. Sicul. consil. 5. l. 2. Decius in c. cum accessissent, col. penult. ante fin. vers. & hac comprobatur, de constitutionibus. Atè Gratian. disceptati. forens. c. 299. à n. 8. & pluries ita fuisse deci-
sum in Rota, cuius decisiones adduxit, affirmat ipse ibi iteum n. 99. Medic. Marchia dec. 21. Seraphi. dec. 35. & dec. 66. Aloysius Ricc. in collect. dec. p. 4. col. 1069. Hier. Campan. div. jur. can. rub. 12. c. 12. sub n. 12. f. 717. & melius n. 5. 6. & 9. Man. Rod. in q. reg. q. 37. art. 1. Anania consil. 40. n. 1. vol. 1. & consil. 12. 2. n. 1. vol. 2. Suid. tractatu de alim. tit. 2. quæst. 15. n. 86. & multorum au-
thoritatibus Molfert. in comment. ad consuetudinem Nea-
polit. p. 1. c. 5. sub num. 21. Franchus dec. 253. num. 2. &

probatur

Pars II. Cap. IX.

241

probat text. in cap. cum olim, de consuetudine, per quem ibi dicit Bald. in 1. nota, quod consuetudo signat locum sedendi, eundi, & standi: ita etiam tenet Franchus in decisi. 388. n. 4. Tiberius Decianus consil. 12. n. 6. volum. 1. plures (ut de more habet) cumulat diligentissimus Tiraquell. in tractatu de nobili. cap. 2. n. 5. vers. sed in hoc.

Unde Gregor. Papa XIII. in sua Bulla 86. fol. 1323. dedit modum ordinario decidendi, ac componendi confraternitatum differentias circa precedentiam, ut

¹⁹ illi qui sunt in quasi possessione præcedant omni applicatione remota, cujus bullæ mentionem facit Zerola in præxi Episcop. i. p. verbo processiones, vers. ad tertium principale, que Bulla etiam disponit circa religiones habentes hanc quasi possessionem præcedendi, ut ea attendatur omnino tam in publicis, quam in privatis, ut notat Campanill. d.c. 12. n. 12. Perez de Lara in tractatu de annivers. & capellan. l. 1. cap. 24. n. 26. ubi ex Bartoldi doctrina in l. 1. §. hoc interdicto. ff. in itinere, atque privat. advertit sufficere unicum actum, ut acquiratur quasi possesso eundi, vel sedendi in digniori loco, ut etiam quod magis est in spiritualibus, pro-
20 dit, ex his, quæ notat gl. verbo trium, in c. cum Ecclesia Satrina, de causa poss. & propri. quam ibi sequuntur Abb. Joan. And. & communiter Doctores Bald. de praefor. 1. p. 5. p. q. 8. n. 2. vers. & quod sufficiat unicus actus, Ripa de communi opinione testis, in d. c. cum Ecclesia, num. 91. Covarr. in pract. q. 14. n. 2. alias refert Flam. de resig. benef. 1. 7. quæst. fin. num. 9. Mascard. de pro-
bation. concl. 118. n. 12.

²¹ Quod verum est, licet alias solitum esse dicatur, si bis fiat, scilicet, per duos actus, ut notat Julius Clarus §. emphyrosis, q. 6. vers. si verè, & §. feendum, q. 3. ubi multi etiam tenent, requiri dictas concessiones uniformes ad effectum, ut dicatur solita concedi, refert Alex. Raud. consil. 17. contrarium tenentem, & lententiam una sola vice factum dici solitum, ut in l. Melia, §. sed si alius ff. de alim. & cibariis leg. ubi Bart. & Doctores, tradit Petrus Surdus de alimen. tit. 4. q. 16. num. 26.

²² Nam cum insolitus dicatur, quod nunquam factum fuit, sequitur, quod sit solitum, aliquando factum, ut dicit Curtius junior consil. 19. numero 4. Gozadinus aliquos referens consil. 23. num. 5. dicens communem esse opinionem ex unico actu solitum induci, alios etiam refert Branor. à Sole in compendio, verbo, solitum, & in questione legali, q. 32. circa quod etiam videtur Anton. Gabriel. l. 3. conclus. tit. de locacione, con-
clusio 1. per quod autem actus mercantia, quem esse mercatores dicunt, vide ex aliis Laram de annivers. l. 1. cap. 12. n. 41. & sequentibus, maximè cum ut indubitate suppono, etiam in spiritualibus, ipsique an-

²³ nensis hanc eandem prælationem, scilicet, prius offrendi in Ecclesia Sacerdoti, & recipiendi pacem, ex celsiorique loco sedendi, posse juridice acquiri, ut probat utequer Lara, alter in l. si quis à liberis, in princ. n. 32. cum pluribus sequentibus, ff. de liber. agnoscendis, alter in

²⁴ 25d. tractatu de annivers. d. l. 2. c. 24. n. 20. Joan. Garcia de expens. c. 8. n. 5. vers. adeoque, Franciscus Marcus dec. 275. Galliel. Benedict. in c. Rainius, verbo duas habens filias, nn. 21. de testam. & quando possit acquiri sciam-
num in Ecclesia, & quando mulier prælationem ac-
quitit, & de pluribus aliis circa præcedentias quæstio-
nibus, vide Laram utrumque, præcipue in d. l. si quis à liberis, in princ. a mm. 32. cum pluribus sequentibus, & Joannem Garciam loco jam citato.

²⁶ Si autem inter confraternitates contendentis nulla sit consuetudo demonstrans prælationem, nullaque quasi possesso præcedentia; antiquiores confraternitates, & qua prius sacræ usæ fuerint, merito præferendæ sunt, ita tenet Gratianus dec. 232. num. 2. Lara de anniversa. lib. 1. cap. 24. n. 37. facitque text. in l. ff. de albo scribendo, ibi; Antiquissimum quisque prior:

Salgado de Prost. Reg.

Cap. IX.

241

& expressè probatur ex Bulla 86. Gregor. Papa XIII. fol. 1323. dispone, quod si de quasi possessione probari non possit, illi, qui prius usi sunt sacris, præferantur, atque præcedant, idem etiam probat, & affir-
mat Zerola in præxi Episcopali, verbo, processiones, ver-
siculo ad tertium principale, ex qua Gregorii XIII. con-
stitutione relata à Joan. Hieron. Campan. divers. jur.

can. rubrica 12. c. 12. sub n. 12. versiculo sed cum in pro-
cessionibus, idem etiam inter religiones dispositum est; 28

ut quod non mendicantium, ut divi Benedicti, & sancti Basili, & ceteri præcedent mendicantibus. Quod ex pluribus comprobatur rationibus, & autoritatibus Nicolaus Boëtius in tractatu de autoritate magni consi-
lii, n. 86. & 87. ubi etiam an ordo S. Basili præferatur sancti Benedicti, vide prædictam constitutionem Gre-
gorii, & Campanill. ubi proxime.

Ex eadem autem Bulla Gregorii constat, ut inter eos, 29
dem mendicantes quasi possesso præcedentia attendatur, sin minus de hac quasi possessione confiterit; illi præferantur, qui prius in illa civitate, villa, seu loco suum monasterium habuerunt, per quam Bullam alijs

Pii V. 69. fol. 1026. derogatur, qua cayebatur, fratres ordinum Prædicatorum præcedere omnes mendicantes, teste Zerola, cujus meminit ubi proxime, versiculo ad quartum Pius V. & Campanill. ubi modò citavimus: unde fit, ut non procedat Abbatis doctrina re-

lata in c. nimis prava, de excessibus Prelatorum, num. 1. 31 ordinem loci, & prælationem concedendam Religioni Prædicatorum in honoribus deferendis, per textum ibi, quem nota, quia ubi fit mentio de mendicantibus, & 32 minoribus, temper in ordine scriptura præmitti prædicatores: ubi docet etiam horum ordinum inter minorum ordines connumerari, inde rationem reddens,

qui ordo Prædicatorum fuit ante omnes minorum ap-
probatus, licet paulò antea, ut per Joan. And. hinc late relatam, circa quæ vide etiam Guidonem Papam dec. 501. & Felin. in rubr. de major. & obed. col. 5. vers. frater predicatorum, &c.

Si verò de prioritate, nec posterioritate constiterit; 34
digniore, præferendos esse, docet gl. in §. aliam, infit. de bonorum possesso, quam ex pluribus authoribus exor-
nat copiose Lara de alimento, in prin. a n. 24. & suprà l. honor. §. gerendorum, ff. de manneribus, & honoribus, gl. in l. quisquis, C. de postulando. c. licet, el. 2. dist. 45. Leo Papa epifolia 92. quam in idem refert Campanill. divers. ca-
no. rubr. 12. c. 12. n. 1. & sequentibus. Eman. Rodr. q. reg. 9. 37. art. 2. tomo 3. & art. 1. opitulatur Decius in l. cum quid, sub n. 7. ff. si certum petat. multa lata Chassa-
neus in catalogo gloria mundi. in 7. part. in consideratione 14. 16. 33. 38. 40. & iterum part. 9. consideratio. 1. Fre-
cia in tractatu de subfeudis, in l. 1. verbo, quis datur dux, à num. 47. Hinc inde præ oculis habebit prælatus 35 Ordinarius in controversiarum compositione, ut Canonici Regulares (cum digniores reputantur) Monachos præcedant, non solum sedendo, loquendo, gene-
ralibus & synodalibus, seu provincialibus conciliis, processionibus, sed in omnibus aliis actibus publicis & privatis, ita docet Navarrus in cap. statutus 90. q. 3. 5. Zerola in loco proxime citato, versiculo ad quartum Pius V. pro quo stat Bulla Pii V. sua data Roma die 18. Januarii 1564. quod procedit cum conditionibus appositis in d. Bulla, quas etiam refert Zerola ad fin. Gama decisi. 1. num. 7. circa qua etiam videndum est Gemini, & gl. ibi in verbo predicatorum, in c. quodam declaratione in 6. vers. nota ex ista glossa. Felin. in rubrica de majoritate, & obediencia, column. 5. num. 6. ubi late hoc disputat; & an vita activa, de qua participare Canonici, excedat vitam contemplativam Monachorum, ubi ex divo Thoma, & aliis pluribus Theolo- 36 gis, & Canonitis Doctoribus, hinc inde disputat, & controversiam quæstionem resolvit. Sed quantum ab nos attinet, jam eam direxit Pius IV. in sua relata

X Bulla

Bulla, & de hac prælatione inter Monachos vide latè post alios Campanill. divers. jur. canon. rubrica 12. c. 13. a n. 121. fol. 55.

37 Quæstio autem viget inter clericos sacerdotes, & regulares aliosq; Religiosos, qui eorum aliis præferantur.

Ad cujus resolutionem solent in medium proferre illam aliam Doctores nostri quæstionem; an ceteri clericorum dignior si ceteri Monachorum, ut videre licet per Joan. Andr. in regula, delictum, de reg. juris in 6. column. 3. & gloss. fin. in c. qualiter & quando, in 2. de accus. Domini. Cardin. Alex. in cap. Episcopos, 17. dist. glossam in versiculo religioso, versiculo exhiberi. se fementia ex comm. Divum Thom. in quodlibeto 3. art. 17. pro quo etiam vide Fel. in rubr. de majorit. & obedientia: n. 5. ubi ad fin. dicit, quod non sequitur, talis status est perfectior, ergo honorabilior, unde quod prælationem in processionibus, & similibus clerici sacerdotes attenduntur, ut videre est per eundem in 1. 2. c. 4. idem etiam extendendum est ad confraternitates Doctorum, seu Advocatorum ex his quæ latè concessit, & dicit alter Lara de alim. in princ. num. 24. ex Cassaneo Tiraquello, & Otalora, quod nobiles & literati viri celso-ribus sedibus & locis sedere debent, quia ceteris sunt digniores, & tradit etiam Didacus Perez in l. 1. tit. 6. l. 1. ordin. col. 2. adeò ut horum Doctorum, seu literatorum confraternitas præferatur militum confraternitis, ex his quæ adduxit ex aliis Boëtius, in tract. de authoritate magni consilii, num. 84. imò quia religio quantum magis arcta, atque stricta regula, ratione majoris humilitatis, & paupertatis quam profitetur; tanto magis se debet abstine à vanitate, & humiliori loco se conscribi, altiorum etiam & honorabiliorum alios cedendo, ut alijs legimus apud Alber. de Ros. in suo dictionario relatum à Boëtio ubi proxime, n. 78. ad medium, diu durasse in Curia Romana quæstionem inter ordinem Humiliatorum, & quodam alios Monachos, & Religiosos, virtute & humilitate ductos, qui priùs forent pulsaturi matutinas, & consonat quod Campanill. divers. jur. canon. rubrica 12. cap. 13. num. 8. & in nostris temporibus unum vidimus mirabile, & execrabile humilitatis exemplum Salmanticæ in exequitis Margarite nostra Hispanæ Regina (universitatis seu scholarum expensis factis) inter Capucinos, & Jesuitas, qui dum inter alias religiones collegia, & scholasticorum nationes contentebatur pro altiori, & honorabiliori loco, inter se virtutis amore magna loris orta fuit, qui infirmiori & humiliiori magis digni sunt, quem utraque Religio appetebat unamquamque pro sua intentionis fundamento humilitatis majoris rationes in medium proferentes, inter quos Capucinorum vicit intentio, quæ lis, & controversia admodum laudabilis fuit in tota Hispania, & ubilibet ita videbitur. Quibus convenit illud Lucæ, c. 22. ibi: Facta est autem controversia inter eos, quis eorum videretur esse major, dixit autem eis, &c. Vos autem non sic: sed qui major est in vobis sicut minor; & qui præcessor est, sicut ministerior. &c.

43 Ex superiori à nobis tradita regula, & doctrina attentat Ordinarius, ut Capitulum, & Canonicis sacerdotes Ecclesiæ Cathedralis præferantur Capitulo, & Canonicis alij Ecclesiæ collegiatae, licet in redditibus æquales sint, pro quo facit c. statutum, §. 1. de script. 1. 6. & not. Dominicus in cap. Episcopos, 17. distinctione, Fel. in dict. rubrica de majorita, & obedient. columna 3. Boëtius ubi suprà, n. 78. & n. 15. suprà, Innoc. in cap. fraternitatem, versiculo frequentius, de sepultur. pro quo etiam facit cap. quævis, 1. de præben. in 6. & regula Cancellaria 12. incipit, item quod provisiones, quia illi dicuntur clerici primi gradus, hi autem dicuntur clerici secundi gradus, ut per Innocentium in cap. sedes, de rescriptis, & in c. fraternitatem, in fin. de do- natio. Gard. Alex. in d. cap. Episcopos, etiam scilicet Capella Regalis Palatii sint, cap. cum Capella Burgundia, de privilegiis. Abb. Siculus in cap. cum non liceat, in 2. notab. & ibi Fel. colum. 1. vers. Justa Benedicta, &c. de prescriptio & tenet etiam Boëtius ibi. Deindeque hi clerici secundi gradus præferri debent Rectoribus Parochialium Ecclesiæ; ut per arg. c. licet canon. juncto cap. statutum, de electione in 6. & Rectores ceteris

Clericis mercenariis, seu Cappellaniis secundum Cardi- nalem Alex. in d. cap. Episcopos, & Boëtium ubi proxime, n. 83. & hi sacerdotes clerici præferuntur, præceduntque regulares clericos & omnes religiosos, ut su- perius dictum, & probatum reliquimus.

Ex superiori doctrina, nempe, quando non appa- reat de prioritate, seu posterioritate digniorum præcedere debere, quam hucusque extendimus, & ampliavimus, deducitur, & infertur; ut idem repetamus in confraternitatibus circa præcedentiam certantibus, ut in specie firmat Perez de Lara in tract. de annivers. & Ca- 49 pellan. lib. 1. cap. 24. n. 28. & hinc sit, ut confraternitas habens statuta nobilitatis, & puritatis sanguinis, in hoc dubio præferatur aliis, ut per Maclan. conf. 25. & 50 Mencha contr. illus. in prefat. Tiberius Decian conf. 21. per totum vol. 1. & aliis, tenet Perez de Lara proxima loc. cit. cùm in spiritualibus etiam habeatur ratio nobilitatis, ut videre est per eundem in 1. 2. c. 4. idem etiam extendendum est ad confraternitates Doctorum, seu Advocatorum ex his quæ latè concessit, & dicit al- 51 ter Lara de alim. in princ. num. 24. ex Cassaneo Tiraquello, & Otalora, quod nobiles & literati viri celso-ribus sedibus & locis sedere debent, quia ceteris sunt digniores, & tradit etiam Didacus Perez in l. 1. tit. 6. l. 1. ordin. col. 2. adeò ut horum Doctorum, seu literatorum confraternitas præferatur militum confraternitis, ex his quæ adduxit ex aliis Boëtius, in tract. de authoritate magni consilii, num. 93. cum seqq. & Boba. in palit.

Alias causas præcedentia videre poteris per Marca- rium d. conf. 25. Tiberius Decian. conf. 21. vol. 1. Boëtium in tract. de authorit. magni consilii Chassaneus in catalogo gloria mundi, 4. part. confid. 7. cum sequent. Felin. latè in rubr. de majorit. & obedientia, col. 5. cum sequentib. & various alios, Lancelot. Conrad. in templo jud. lib. 2. c. 9. Paul. Fusc. de visit. lib. 2. c. 15. n. 66. & plurimos etiam Card. Tusc. lit. P. concl. 477. & lit. D. concl. 430. & lit. C. concl. 377. & de aliis circa præcedentias difficultatibus, & quæstionibus, & quis major ad hunc effectum esse dicatur tam inter Prælatos, aliasque personas Ecclesiasticas, quæ sacerdotes, ac confraternitates, aliasque universitates, & Principes titulares, & de aliis plurimis penè infinitis consulere etiam potes latissimè scripta per D. Chassaneus ubi suprà, in 7. p. in pluribus ejus considerationibus, præfertim 14. 26. 33. & seq. 38. & aliis omnibus seqq. necnon n. 6. confid. 1. Freciam de subfeudis, l. 2. in verbo, quis dicitur dux, à n. 47. Gratian. in discept. forens. part. cap. 198. per totum. Perez de Lara loc. cit. suprà, Joan. Hier. Campanill. divers. jur. can. rub. 12. c. 12. per totum, & cap. 3. à n. 40. & remissive per Cened. quest. canon. 26. n. 15. latè Riccium in tract. Ecclesiæ præcedentiarum, decis. 577. cum multis seqq.

Déspur in hac compositione Ordinarius habere de- 54 bet præ oculis circa Rectores Parochiarum, & curæ animarum, dum in sua Parochia sunt, ut ipsos omnibus præferat, & anteponat eo loco, & quod de his suprà diximus, intelligitur, dum extrâ suam Ecclesiæ sunt. Enimvero verum est, quantum attinet ad jus communie, dempta consuetudine, seu præscriptione, vel etiam quasi possessione (quoad compositionem, de qua agimus) Rector intra propriam Ecclesiæ Parochiale debet præcedere omnes, quounque alios majores, & superiores in dicendis Missis solemnibus, & aliis rebus, & præminentibus quibuscumque, tangentibus, & concernentibus ipsius Rectoris officiis, & munus, ita docet Chassaneus in catalogo gloria n. 4. p. consideratione fin. ubi plures authoritates divinae Scripturæ allegat, & ita fuisse determinatum in Romana Curia in una decisione Calaguritanæ præminentiarum debitorum 16. Novembris 1592. testatur Hieron. Gonzal. super regula 8. Cancellaria. de mensibus alternat. gloss. 6. numero 105. ubi dicit fuisse resolutum, quod Rector in sua

55 sua propria Ecclesia, inspecto jure communi, erat præferendus Decano, & omnibus capitularibus collegiatae; ad eam Ecclesiæ processionaliter certis diebus ex antiqua consuetudine accedentibus, qui quidem Gonzales dicit ibi, se informasse pro quadam procuratore, ad favorem Rectorum provinciæ de Guibuzcoa, contra Archipresbyterum ejusdem provinciæ, prætentem, & intentantem præcedere debere dictos Rectores intra proprias illorum Ecclesiæ, tanquam caput ejusdem provinciæ; in quo quidem, licet dictus Archipresbyter prius in iudicio summarissimo, putat manutentionis, seu ut aliter dicitur, tenet, & similium, tamen iterum tandem ipse succubuit Archipresbyter, contra quem, & in favorem Rectorum in petitorio resolutum fuisse, coram R. P. D. Litra justice illius causa sub die 22. mensis Martii anni 1604. & multa in propositum, & comprobationem, mirabilèque doctrinas adducens videndum est Gratia. discept. forens. cap. 298. per totum.

56 Rector namque in propria Ecclesia, veluti in domo propria, dicitur Imperator, & Rex; c. dho. 23. g. 4. Abb. in cap. venerabilem, sub n. 19. de electione, qui ibi post Joannem Andream ad propositum hoc illud de Richardo Rege Anglia narrat, & Rustico, qui quidem

57 eiusdem Regem alapa percussit ex eo, quod in domo ipsius Rustici illi cedere, atque obedere recularat, unde dicit Lucas de Peña, & Joannes de Platea in l. nihil, Cod. de palatiis, consilio 67. incipit; dico ergo, num. 12.

& sequentibus lib. 2. quod major debet cedere minori, dum est in domo minoris, & ita dictum fuisse in dict. decis. Rota proxime citata, affirmit Gonzales in d. re-

58 gul. 8. gloss. 7. num. 107. & facit ad propositum, quod dici Chassaneus in catalogo gloria mundi 4. part. 21. consideratione, quod Archepiscopus in terti. & diocesis Episcopi, debet honorare Episcopum, per in d. l. nihil, ubi dicitur, quod reverentia non solum ab inferioribus debetur superioribus, sed quandoque etiam à superiori debetur inferiori, facit gl. in l. apud eum ff. de manumissionibus, & quia quando sunt duo æquales in dignitate, quilibet in suo territorio est major altero, faciunt quæ dicit Cepola in tractatu de Imperatore mili. eligendo, vers. pro Imperatore, col. 12. & Chassaneus loco citato, referens Gonzales tenet Gratian. discepta foren. c. 298. n. 89. cum sequentibus.

59 Maximè cum Rector in sua propria Ecclesia Parochiali Prælatus dicatur, textus est in cap. in apibus. 7. q. 1. nec non habet tantam potestatem, quantam habet

60 Prælatus cum Capitulo in sua Ecclesia collegiata, ut mirificè dicit, & advertit Abb. Panormit. in cap. 1. sub

num. 28. vers. si vero in Ecclesia, de dolo & contumacia, cuius dictum summa cum ratione laudat Gregor. Lopez in l. 2. gloss. fin. titul. 16. part. 1. ad quod bene etiam facit ed. lex. 2. in fin. imò Rectores in suis Parochiis Apostolorum vices sustinent, ut tenet Roma. in ver-

culo fin. seu sermone incipiente, vos estis sal terra, n. 11. quapropter Beneficium curatum magnam dicitur habere præminentiam, ut per Rotam. decisione 1. num.

11. de officio Archipresbyteri, in antiquis, & Gonzales in d. gloss. 6. num. 108. & num. 4. suprà, qui eadem glossa ibi copiosè agit, ut propter horum beneficiorum magnas

61 specialitatem, & pericula, specialis eorum requiritur mentio, facienda in impetrationibus, & spectativis, & aliis, de quibus per eundem, ibi à princ. & ex juribus vulgaribus, & sequitus in totum Gonzal. idem dicit Gratian. ubi pro: in.

62 Hac tamen annotatio, ut Rector in sua Ecclesia, ve- luit domo propria, aliis debeat, etiam majoribus, præfesse, dempta consuetudine; fallit in Canonicis Cathedralis Ecclesiæ collegialiter, & in forma Capituli stan-

titibus, & procedentibus; nam cum tunc Ecclesiæ Ca-

thedralis repræsentent, que plus aliis honorari debet, ut notanter dicit Dominicus de sancto Geminiano in c. quamvis, in princ. §. quamquam, in 3. nota de pre- bendis, 5. Felin. in cap. postulatis, col. 7. de rescriptis, & in cap. minimus, in fin. 2. colum. de accusatio. dicentes, quod Canonici Cathedralis Ecclesiæ præcedunt Abbatibus regulares in processionibus, & facit illud Abb. in c. cum non liceat, in princ. de prescript. dicentis Ecclesiæ inferiores debere reverenciam Episcopo, & sic Ecclesiæ Cathedrali, ut argumentatur Chassaneus in dict. tractat. fin. seu catalogo gloria mundi, 4. part. 32. consideratio, vers. sed intellige predicta, &c. & Boëtius in tractatu de autoritate magni consil. n. 1. ad fin. nbi hoc ea ratione dicit, quia Ecclesiæ Cathedralis est major, & communis omnium Diocesanorum, adeò ut ad eam singuli utriusque sextus clerici, & laici, pro sacramentis recipiens, & divinis officiis audiendis, recurrere posunt, sine proprii Rectoris licentia, seu injurya, cum tota Diocesis sit Parochia Episcopi, & Episcopus cum omnibus Curatis, & Parochis Diocesanis concurret, debeatque curæ animarum exercitium, & facit quæ dicit Chassaneus ibi consideratione 25. multa cumulat Gratian. disceptat forens. cap. 298. à n. 89. & magis in specie a numero 73. qui post alios hanc intelligit doctrinam, quando Episcopus est præsens, & inter Canonicos colligialiter congregatos, ut tunc capitulum Parochos præcedat, ut latè ibi comprobatur.

Hinc est, ut ipse Chassaneus in dict. consideratione 32. vers. ex quibus constat, merito reprehendat quodam Monachos, qui in obitu ejusdem nobilis viri appetentes, & certantes ultimum locum habere cum capa, in sua propria eorum fratrum Ecclesia etiam post Episcopum, & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, rediens rationem, quia etiam Abbas eorum non potest prætendere majorem locum in praesentia Episcopi, & canonicorum Ecclesiæ Cathedralis collegialiter præcedentium, ut jam dictum est: cui reducenda esse putto quia Zerola in praxi Episcopali, 2. p. verbo funis, vers. 9. asseverans, cadaveribus defunctorum ad Ecclesiæ fratrum mendicantium delatis officia mortuorum, reliqua munia, quæ in hujusmodi monasteriis solent adhiberi non à Canonicis, seu clero, sed ab eisdem fieri, ac peragi debere, ad quod allegat S. Congr. decla- 69 rationem 320. (quam in meis inventire non potui) cuius assertio intelligenda est, quod Canonicos Ecclesiæ Collegiata, & ceteros clericos; non tamen quod Canonicos Ecclesiæ Cathedralis collegialiter, & in forma Capituli congregatos ad funus, seu cadaver sepelendum, ex supradictis rationibus, & autoritatibus, contrarium etenim nec jus, nec ratio patitur.

Quonam modo Ordinarius se queat habere in de- finiendis controversiis ortis inter Rectores Paroch. Ecclesiæ, & inter fratres Religiosos cum capa, & Cruce, processionaliter ingredi volentes, ad portandum cadaver illius, qui apud eos sepulturam elegit, in cuius questionis resolutione duplē debet controversiam Ordinarius componere, altera inter Rectores, & fratres, altera inter Rectores ipsos, veritatem indagantes, siquidem ipsos inter se pugnantes reperio. Et oritur difficultas, quod Monachi non habent territorium nisi intra claustra, & ambitum suorum monasteriorum, Cardin. in clement. 1. num. 1. de statu monacho, ubi dicit monasteria esse territorium Abbatis, non extra Caput aquens, & semel de eo dubitari, fuissèque dictum. Monachos non posse sine Ordinarii licentia, nisi intra claustra, & ambitum suorum monasteriorum processiones facere; quia in tantum eximuntur à jurisdictione

X 2 Ordina-